Aplicativo Pocket Terço

## Signum Crucis

V. In nómine Pátris, et Fílii, et Spíritus Sáncti.

R. Amen.

## Initium

Salútis Mysteriórum contemplátio

V. Deus, in adiutórium meum inténde.

R. Dómine, ad adiuvándum me festína.

V. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

R. Sícut erat in princípio, et nunc et semper, et in s?cula sæculórum. Amen.

## Credo

Credo in Deum Patrem omnipoténtem,
Creatórem cæli et terræ.
Et in Iesum Christum, Fílium eius únicum,
Dóminum nostrum,
qui concéptus est de Spíritu Sancto,
natus ex María Vírgine,
passus sub Póntio Piláto,
crucifíxus, mórtuus, et sepúltus,
descéndit ad ínferos,
tértia die resurréxit a mórtuis,
ascéndit ad cælos,
sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis,
inde ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos.
Credo in Spíritum Sanctum,
sanctam Ecclésiam cathólicam,
sanctórum communiónem,
remissiónem peccatórum,
carnis resurrectiónem,
vitam ætérnam.
Amen.

## Pater Noster

Pater Noster, qui es in cælis,

sanctificétur nomen tuum.

Advéniat regnum tuum.

Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra.

Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie,

et dimítte nobis débita nostra

sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris.

Et ne nos indúcas in tentatiónem,

sed líbera nos a malo. Amen.

## 3x Ave Maria

Ave Maria, gratia plena, Dóminus tecum.

Benedícta tu in muliéribus,

et benedíctus fructus ventris tui, Iesus.

Sancta Maria, Mater Dei,

ora pro nobis peccatóribus,

nunc, et in hora mortis nostræ.

Amen.

## Glória

V. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sáncto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in s?cula sæculórum. Amen.

1ª dezena

## Primum Mystérium Gaudiósum

In primo mystério gaudióso contemplámur annuntiatiónem Beátæ Maríæ Vírginis.

Evangélium secúndum Lucam I, 26-27

In mense autem sexto, missus est ángelus Gábriel a Deo in civitátem Galil?æ, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, et nomen vírginis María.

## Pater Noster

Pater Noster, qui es in cælis,

sanctificétur nomen tuum.

Advéniat regnum tuum.

Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra.

Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie,

et dimítte nobis débita nostra

sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris.

Et ne nos indúcas in tentatiónem,

sed líbera nos a malo. Amen.

## 10x Ave Maria

Ave Maria, gratia plena, Dóminus tecum.

Benedícta tu in muliéribus,

et benedíctus fructus ventris tui, Iesus.

Sancta Maria, Mater Dei,

ora pro nobis peccatóribus,

nunc, et in hora mortis nostræ.

Amen.

## Glória

V. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sáncto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in s?cula sæculórum. Amen.

## Oratio

O mi Iesu, dimítte nóbis débita nóstra, líbera nos ab igne inférni, cónduc in cælum omnes ánimas, præsértim illas quæ máxime indígent misericórdia tua.

## Oratio

Maria concépta sine peccáto, ora pro nobis qui ad te confúgimus.

2ª dezena

## Secúndum Mystérium Gaudiósum

In secúndo mystério gaudióso contemplámur visitatiónem Beátæ Maríæ Vírginis ad sanctam Elisabéthem.

Evangélium secúndum Lucam I, 39-42
Exsúrgens autem María in diébus illis ábiit in montána cum festinatióne, in civitátem Iuda: et intrávit in domum Zaccharíæ, et salutávit Elísabeth. Et factum est, ut audívit salutatiónem Maríæ Elísabeth, exultávit infans in útero eius: et repléta est Spíritu Sancto Elísabeth: et exclamávit voce magna, et dixit: Benedícta tu inter mulíeres, et benedíctus fructus ventris tui.

## Pater Noster

Pater Noster, qui es in cælis,
sanctificétur nomen tuum.
Advéniat regnum tuum.
Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra.
Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie,
et dimítte nobis débita nostra
sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris.
Et ne nos indúcas in tentatiónem,
sed líbera nos a malo. Amen.

## 10x Ave Maria

Ave Maria, gratia plena, Dóminus tecum.
Benedícta tu in muliéribus,
et benedíctus fructus ventris tui, Iesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatóribus,
nunc, et in hora mortis nostræ.
Amen.

## Glória

V. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sáncto.
R. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in s?cula sæculórum. Amen.

## Oratio

O mi Iesu, dimítte nóbis débita nóstra, líbera nos ab igne inférni, cónduc in cælum omnes ánimas, præsértim illas quæ máxime indígent misericórdia tua.

## Oratio

Maria concépta sine peccáto, ora pro nobis qui ad te confúgimus.

3ª dezena

## Tértium Mystérium Gaudiósum

In tértio mystério gaudióso contemplámur nativitátem Dómini Nostri Iesu Christi.

Evangélium secúndum Lucam II,1-7
Factum est autem in diébus illis, éxiit edíctum a C?sare Augústo ut describerétur univérsus orbis. Hæc descríptio prima facta est a pr?side Sýriæ Cyiríno: et ibant omnes ut profiteréntur sínguli in suam civitátem. Ascéndit autem et Ioseph a Galil?a de civitáte Názareth in Iud?am, in civitátem David,
quæ vocátur Béthlehem: eo quod esset de domo et família David, ut profiterétur cum María desponsáta sibi uxóre prægnánte. Factum est autem, cum essent ibi, impléti sunt dies, ut páreret. Et péperit fílium suum primogénitum, et pannis eum invólvit, et reclinávit eum in præsépio: quia non erat eis locus in diversório.

## Pater Noster

Pater Noster, qui es in cælis,
sanctificétur nomen tuum.
Advéniat regnum tuum.
Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra.
Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie,
et dimítte nobis débita nostra
sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris.
Et ne nos indúcas in tentatiónem,
sed líbera nos a malo. Amen.

## 10x Ave Maria

Ave Maria, gratia plena, Dóminus tecum.
Benedícta tu in muliéribus,
et benedíctus fructus ventris tui, Iesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatóribus,
nunc, et in hora mortis nostræ.
Amen.

## Glória

V. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sáncto.
R. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in s?cula sæculórum. Amen.

## Oratio

O mi Iesu, dimítte nóbis débita nóstra, líbera nos ab igne inférni, cónduc in cælum omnes ánimas, præsértim illas quæ máxime indígent misericórdia tua.

## Oratio

Maria concépta sine peccáto, ora pro nobis qui ad te confúgimus.

4ª dezena

## Quartum Mystérium Gaudiósum

In quarto mystério gaudióso contemplámur oblatiónem Dómini Nostri Iesu Christi.

Evangélium secúndum Lucam II, 21-24

Et póstquam consummáti sunt dies octo, ut circumciderétur puer, vocátum est nomen eius Iesus, quod vocátum est ab ángelo, prius quam in útero conciperétur. Et póstquam impléti sunt dies purgatiónis eius secúndum legem Moysi, tulérunt illum in Ierúsalem ut sísterent eum Dómino, sicut scriptum est in lege Dómini: Quia omne masculínum adapériens vulvam, sanctum Dómino vocábitur: et ut darent hóstiam secúndum quod dictum est in lege Dómini par túrturum, aut duos pullos columbárum.

## Pater Noster

Pater Noster, qui es in cælis,
sanctificétur nomen tuum.
Advéniat regnum tuum.
Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra.
Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie,
et dimítte nobis débita nostra
sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris.
Et ne nos indúcas in tentatiónem,
sed líbera nos a malo. Amen.

## 10x Ave Maria

Ave Maria, gratia plena, Dóminus tecum.
Benedícta tu in muliéribus,
et benedíctus fructus ventris tui, Iesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatóribus,
nunc, et in hora mortis nostræ.
Amen.

## Glória

V. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sáncto.
R. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in s?cula sæculórum. Amen.

## Oratio

O mi Iesu, dimítte nóbis débita nóstra, líbera nos ab igne inférni, cónduc in cælum omnes ánimas, præsértim illas quæ máxime indígent misericórdia tua.

## Oratio

Maria concépta sine peccáto, ora pro nobis qui ad te confúgimus.

5ª dezena

## Quintum Mystérium Gaudiósum

In quinto mystério gaudióso contemplámur inventiónem Dómini Nostri Iesu Christi in Templo.

Evangélium secúndum Lucam II, 41-47
Et ibant paréntes eius per omnes annos in Ierúsalem, in die sollémni Paschæ. Et cum factus esset annórum duódecim, ascendéntibus illis in Ierúsalem secúndum consuetúdinem diei festi, consummatísque diébus, cum redírent, remánsit puer Iesus in Ierúsalem, et non cognovérunt paréntes eius. Existimántes autem illum esse in comitátu, venérunt iter diei, et requirébant eum inter cognátos et notos. Et non inveniéntes, regréssi sunt in Ierúsalem, requiréntes eum. Et factum est, post tríduum invenérunt illum in templo sedéntem in médio doctórum, audiéntem illos, et interrogántem eos. Stupébant autem omnes qui eum audiébant, super prudéntia et respónsis eius.

## Pater Noster

Pater Noster, qui es in cælis,
sanctificétur nomen tuum.
Advéniat regnum tuum.
Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra.
Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie,
et dimítte nobis débita nostra
sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris.
Et ne nos indúcas in tentatiónem,
sed líbera nos a malo. Amen.

## **10x** Ave Maria

Ave Maria, gratia plena, Dóminus tecum.
Benedícta tu in muliéribus,
et benedíctus fructus ventris tui, Iesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatóribus,
nunc, et in hora mortis nostræ.
Amen.

## Glória

V. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sáncto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in s?cula sæculórum. Amen.

## Oratio

O mi Iesu, dimítte nóbis débita nóstra, líbera nos ab igne inférni, cónduc in cælum omnes ánimas, præsértim illas quæ máxime indígent misericórdia tua.

## Oratio

Maria concépta sine peccáto, ora pro nobis qui ad te confúgimus.

1ª dezena

## Primum Mystérium Luminósum

In primo mystério luminóso contemplámur baptísmam Dómini Nostri Iésu Christi.

Evangélium secúndum Matth?um III,16-17

Baptizátus autem Iesus, conféstim ascéndit de aqua, et ecce apérti sunt ei cæli: et vidit Spíritum Dei descendéntem sicut colúmbam, et veniéntem super se. Et ecce vox de cælis dicens: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi conplácui.

2ª dezena

## Secúndum Mystérium Luminósum

In secúndo mystério luminóso contemplámur miráculum Dómini Iesu ad núptias cananénses.

Evangélium secúndum Ioánnem II, 1-5

Et die tértia núptiæ factæ sunt in Cana Galil?ae, et erat mater Iesu ibi. Vocátus est autem et Iesus, et discípuli eius, ad núptias. Et deficiénte vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi et tibi est, múlier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius minístris: Quodcúmque díxerit vobis, fácite.

3ª dezena

## Tértium Mystérium Luminósum

In tértio mystério luminóso contemplámur proclamatiónem Regni Dei.

Evangélium secúndum Marcum I, 15
Et dicens: Quóniam implétum est tempus, et appropinquávit regnum Dei: pœnitémini, et crédite Evangélio.

4ª dezena

## Quartum Mystérium Luminósum

In quarto mystério luminóso contemplámur transfiguratiónem Dómini Iesu.

Evangélium secúndum Matth?um XVII, 1-2
Et post dies sex assúmit Iesus Petrum, et Iacóbum, et Ioánnem fratrem eius, et ducit illos in montem excélsum seórsum: et transfigurátus est ante eos. Et resplénduit fácies eius sicut sol: vestiménta autem eius facta sunt alba sicut nix.

5ª dezena

## Quintum Mystérium Luminósum

In quinto mistério luminóso contemplámur institutiónem sánctæ Eucharistíæ.

Evangélium secúndum Matth?um XXVI, 26
Cœnántibus autem eis, accépit Iesus panem, et benedíxit, ac frégit, dedítque discípulis suis, et ait: Accípite, et comédite: hoc est corpus meum.

1ª dezena

## Primum Mystérium Dolorósum

In primo mystério doloróso contemplámur agoníam Dómini Nostri Iesu Christi in horto.

Evangélium secúndum Matth?um XXVI, 36-39
Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dícitur Gethsémani, et dixit discípulis suis: Sedéte hic donec vadam illuc, et orem. Et assúmpto Petro, et duóbus fíliis Zebed?i, coépit contristári et moéstus esse. Tunc ait illis: Tristis est ánima mea usque ad mortem: sustnéte hic, et vigiláte mecum. Et progréssus pusíllum, prócidit in fáciem suam, orans, et dicens: Pater mi, si possíbile est, tránseat a me calix iste: verúmtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

2ª dezena

## Secúndum Mystérium Dolorósum

In secúndo mystério doloróso contemplámur flagellatiónem Dómini Nostri Iesu Christi.

Evangélium secúndum Ioánnem XIX,1-3
Tunc ergo apprehéndit Pilátus Iesum, et flagellávit. Et mílites plecténtes corónam de spinis, imposuérunt cápiti eius: et veste purpúrea circumdedérunt eum. Et veniébant ad eum, et dicébant: Ave rex Iudæórum: et dábant ei álapas.

3ª dezena

## Tértium Mystérium Dolorósum

In tértio mystério doloróso contemplámur coronatiónem spinis.

Evangélium secúndum Matth?um XXVII, 27-29
Tunc mílites pr?sidis suscipiéntes Iesum in prætórium, congregavérunt ad eum univérsam cohórtem, et exuéntes eum, chlámydem coccíneam circumdedérunt ei, et plecténtes corónam de spinis, posuérunt super caput eius, et arúndinem in déxtera eius. Et genu flexo ante eum, illudébant ei, dicéntes: Ave rex Iudæórum.

4ª dezena

## Quartum Mystérium Dolorósum

In quarto mystério doloróso contemplámur baiulatiónem Crúcis.

Evangélium secúndum Marcum XV, 21-22
Et angariavérunt prætereúntem quémpiam, Simónem Cyren?um veniéntem de vílla, pátrem Alexándri et Rufi, ut tólleret crucem eius. Et perdúcunt illum in Gólgotha locum: quod est interpretátum Calváriæ locus.

5ª dezena

## Quintum Mystérium Dolorósum

In quinto mystério doloróso contemplámur crucifixiónem Dómini Nostri Iesu Christi.

Evangélium secúndum Lucam XXIII, 33-46

Et postquam venérunt in locum qui vocátur Calváriæ, ibi crucifixérunt eum: et latrónes, unum a dextris, et álterum a sinístris. Iesus autem dicébat: Pater, dimítte illis: non enim sciunt quid fáciunt. Dividéntes vero vestiménta eius, misérunt sortes. Et stabat pópulus spectans, et deridébant eum príncipes cum eis, dicéntes: Álios salvos fecit, se salvum fáciat, si hic est Christus Dei eléctus. Illudébant autem ei et mílites accedéntes, et acétum offeréntes ei, et dicéntes: Si tu es rex Iudæórum, salvum te fac. Erat autem et superscríptio scripta super eum lítteris græcis, et latínis, et hebráicis: Hic est rex Iudæórum. Unus autem de his qui pendébant, latrónibus, blasphemábat eum, dicens: Si tu es Christus, salvum fac temetípsum et nos. Respóndens autem alter increpábat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eádem damnatióne es. Et nos quidem iuste, nam digna factis recípimus: hic vero nihil mali gessit. Et dicébat ad Iesum: Dómine, meménto mei cum véneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradíso. Erat autem fere hora sexta, et ténebræ factæ sunt in univérsam terram usque in horam nonam. Et obscurátus est sol et velum templi scissum est médium. Et clamans voce magna Iesus ait: Pater, in manus tuas comméndo spíritum meum. Et hæc dicens, exspirávit.

1ª dezena

## Primum Mystérium Gloriósum

In primo mystério glorióso contemplámur resurrectiónem Dómini Nostri Iesu Christi a mórtuis.

Evangélium secúndum Lucam XXIV, 1-6

Una autem sábbati valde dilúculo venérunt ad monuméntum, portántes quæ paráverant arómata: et invenérunt lápidem revolútum a monuménto. Et ingréssæ non invenérunt corpus Dómini Iesu. Et factum est, dum mente consternátæ essent de isto, ecce duo viri stetérunt secus illas in veste fulgénti. Cum timérent autem, et declinárent vultum in terram, dixérunt ad illas: Quid qu?ritis vivéntem cum mórtuis? non est hic, sed surréxit: recordámini quáliter locútus est vóbis, cum adhúc in Galil?a esset.

2ª dezena

## Secúndum Mystérium Gloriósum

In secúndo mystério glorióso contemplámur ascensiónem Dómini Nostri Iesu Christi in cælum.

Evangélium secúndum Marcum XVI, 19

Et Dóminus quidem Iesus postquam locútus est eis, assúmptus est in cælum, et sedet a dextris Dei.

3ª dezena

## Tértium Mystérium Gloriósum

In tértio mystério glorióso contemplámur descensiónem Spíritus Sáncti in discípulos.

Actus Apostolórum II, 1-4
Et cum compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes páriter in eódem loco: et factus est repénte de cælo sonus, tanquam adveniéntis spíritus veheméntis, et replévit totam domum ubi erant sedéntes. Et apparuérunt illis dispertítæ linguæ tanquam ignis, sedítque supra síngulos eórum: et repléti sunt omnes Spíritu Sáncto et cœpérunt loqui váriis linguis, prout Spíritus Sanctus dabat elóqui illis.

4ª dezena

## Quartum Mystérium Gloriósum

In quarto mystério glorióso contemplámur assumptiónem Beátæ Maríæ ad cælum.

Evangélium secúndum Lucam I, 48-49
Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes. Quia fecit mihi magna qui potens est: Et sanctum nomen eius.

5ª dezena

## Quintum Mystérium Gloriósum

In quinto mystério glorióso contemplámur coronatiónem Beátæ Maríæ in cælo.

Apocalýpsis XII, 1
Et signum magnum appáruit in cælo: Múlier amícta sole et luna sub pédibus eius, et in cápite eius coróna stellárum duódecim.

## Salve Regina

Salve, Regína,

Mater misericórdiæ,

vita, dulcédo,

et spes nostra, salve.

Ad te clamámus,

éxsules fílii Hevæ,

Ad te suspirámus,

geméntes et flentes,

in hac lacrimárum valle.

Eia, ergo, advocáta nostra,

illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte.

Et Iesum, benedíctum fructum ventris tui,

nobis post hoc exílium osténde.

O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria.

Ora pro nobis sancta Dei Génetrix.

Ut digni efficiámur promissiónibus Christi. Amen.

## Oratio

Orémus.

Deus, cuius Unigénitus per vitam, mortem et resurrectiónem suam

nobis salútis ætérnæ pr?mia comparávit,

concéde, qu?sumus:

ut hæc mystéria sacratíssimo beátæ Maríæ Vírginis Rosário recoléntes,

et imitémur quod cóntinent,

et quod promíttunt assequámur.

Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

## Litanie Lauretane

V. Kýrie, eléison.

R. Kýrie, eléison.

V. Christe, eléison.

R. Christe, eléison.

V. Kýrie, eléison.

R. Kýrie, eléison.

V. Pater de cælis, Deus,

R. miserére nobis.

V. Fili, Redémptor mundi, Deus,

R. miserére nobis.

V. Spíritus Sancte, Deus,

R. miserére nobis.

V. Sancta Trínitas, unus Deus,

R. miserére nobis.

V. Sancta Maria,

R. ora pro nobis.

V. Sancta Dei Génitrix,

R. ora pro nobis.

V. Sancta Virgo vírginum,

R. ora pro nobis.

Mater Christi, ora pro nobis.

Mater Ecclésiæ, ora pro nobis.

Mater misericórdiæ, ora pro nobis.

Mater divínæ grátiæ, ora pro nobis.

Mater spei, ora pro nobis.

Mater puríssima, ora pro nobis.

Mater castíssima, ora pro nobis.

Mater invioláta, ora pro nobis.

Mater intemerata, ora pro nobis.

Mater amábilis, ora pro nobis.

Mater admirábilis, ora pro nobis.

Mater boni consílii, ora pro nobis.

Mater Creatóris, ora pro nobis.

Mater Salvatóris, ora pro nobis.

Virgo prudentíssima, ora pro nobis.

Virgo veneránda, ora pro nobis.

Virgo prædicánda, ora pro nobis.

Virgo potens, ora pro nobis.

Virgo clemens, ora pro nobis.

## Oratio

V. Orémus.

Concéde nos fámulos tuos, qu?sumus, Dómine Deus, perpétua mentis et corporis sanitáte gaudére, et, gloriósa beátæ Maríæ semper vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia et ætérna pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

## Benedictio

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Benedícat vos omnípotens Deus, Pater et Fílius et Spíritus Sanctus.

R. Amen.

# Apoiadores do Pocket Terço

Conheça aqui nossos apoiadores mensais:

Adalberto Neto, Adelaide Dias, Ademir Jesus de Souza, Admilson Goncalves Junior, Adriana Carneiro, Adriane Cavalcante Saraiva, Adriano Kiil, Airton Benedito Do Nascimento Junior, Alceu Staziaki, Alcides Savio De Figueiredo Barbosa, Alcione Melo De Gusmão, Alexandrina De Oliveira Ciriaco, Alexssandra Sezerino Linhares Stickel, Alicia De Lemos Munhoz, Aline Araújo De Oliveira Barbalho, Aline Camargo Antunes, Alvaro Alves Noga, Americo Penteado, Ana Beatriz Xavier, Ana Cristina Barauna Da Silva Gomes, Ana Elvira Luciano Gebara, Ana Maria Fagundes Rezende, Ana Paula Da Costa Silva Moreira De Lacerda, Ana Paula Fernandes De Sá Reis, Ana Paula Pinheiro Ganzela, Ana Paula Sadalla, Ana Paula da Cunha Souza, Ana Thereza Da Cunha Uchoa, Anastácio Afonso Juras, Andreia De Aquino Marsiglio, Andreia Varmes Fernandes, Anna Lena Tardi, Anna Rita Aguirre Mazo, Anselmo Galucio Pereira, Antonia Sandra Marques De Aquino, Ariadne Santos, Aryta Mancini, Beatriz Oszika, Bernadete Cecato Nicolau, Brenda Costa, Bruna Sivelli, Brunno Lopes, Bruno Cesario De Oliveira, Carla Patrícia Soares Tôrres De Oliveira, Carlos Alberto Bezerra De Moura, Carlos Eduardo Gonçalves Braga, Carolina Falluh Aldrigue, Carolina Peixoto, Celina Aparecida Garcia De Souza Nascimento, Christina Abranches, Christine Ditchfield, Cintia Ferreira Alcará, Clara Maria Bastos Eloy Da Costa, Clara Maria Bastos Eloy da Costa, Claudia Maria Peccin Amaral, Claudia Santinelo, Claudia Telles Ribeiro, Claudia Vieira, Claudiana Aragão, Clivia Camara, Clodomiro De Souza Ribeiro, Cláudia Coelli Andrade, Cláudia Cristina De Sá, Conceição De Maria Oliveira Cruz, Crislene Da Silva Zimermamnn, Cristiane Olimpia De Oliveira Da Silva, Cristiano Nogueira de Campos, Cristiano Nunes Dos Santos, Cristina El Khouri Fadlallah, Cristina Rocha Leite, Célia Regina M. Lopes, Címtia Adami, Daniel Mazzoni, Daniel Mazzoni, Daniel Miranda Lewin, Daniel Pereira da Silva, Daniel do Sacramento Silva, Daniela Sanches Garcia Ribeiro, Danilo Martins Ferreira, Danilo Nascimento, Debora Costa De Oliveira, Deborah Cavalhieri, Donato L Beraldo, Douglas Da Silva, Ediane Cristina Maneira Trabachin, Edimar Martins de Almeida Júnior, Edson Luiz Pieczarka Júnior, Edson Miguel Da Cunha, Eduardo Peretti, Eduardo Yoshiaki Haruna, Elen Moreno da Silva, Eliana De Barros Galhardo, Eliane Silva de Souza, Elisângela Pinheiro Aiello, Elizângela Kelly De Freitas Santos, Eloisa Aparecida Dos Santos, Elza Elizabeth Duran de Menezes, Elzilene Bezerra Saturnino Freitas, Emerson Denis Cecchin Ferreira, Emilia Martino, Erica Hirata Saeda, Erika Diniz, Erivaldo Sousa dos Santos, Eulalia Santos, Eustáquio Carlos de Andrade e Silva, Eveline Emília Cordeiro Lopes, Evellyn Souza, Fabiana Alves Ferreira Pieczarka, Fabiana Martins Da Silva, Fabiola Brunken Clemente Bafutto, Felicity Trindade Ceccon, Felipe Ferreira Lopes Dos Santos, Felipe Miranda Amorim Silva, Fernanda de Oliveira Neves Lima, Flavia Karina Torres Gabriel Cristianini, Flavia Marina Utiyama Okano, Francineti Da Silva Mattos, Francisca Maria Dos Santos, Francisco, Francisco José Silveira De Vasconcellos, Francisco Jucelma, Francisco Pessoa Filho, Francisco Rodrigues Vale Júnior, Frank Pereira, Frederico Costa Barbosa, Fábio Gomes Costa, Fábio Reis, Fátima Aparecida Dias De Carvalho, Gabriela Soares Arrigoni, Genilson Da Cruz Freitas, Gi Mila, Gilberto Júnior, Gilberto Silva Tavares, Giovanne Kevin Matioli, Gisele Fernandes De Almeida Siqueira, Guilherme José De Oliveira, Gustavo Coutinho De Amorim Damasceno, Gustavo Henrique Dos Santos, Halyne Danyelle Cavalcante Salgado, Hamilton Lima Wagner, Helcio Velasco, Helena Diniz Freitas Mendes, Helena Vitto Dal Pont, Heloisa Fátima Gouveia Cordeiro, Heloísa Helena Leão de O. Cox, Inês Elisabete Brandão Madruga, Isabel Cristina Predolin, Isabela Christine Hernandes Benossi, Isabela Delfraro Barros Borges, Isabele C D Serafim, Ivan José Da Silva Lopes, Ivelizes Pinheiro Orlando, Jackeline Rocha Cristaldo, Jaime de Oliveira Bomfim, Janair Ribeiro Pinto, Janildo Mendes, Jean Alves Pereira Almeida, Jeanice Lima De Oliveira, Jeferson Ravate, Jefferson Freitas, Joana Darc de Araujo Brito, Joelma Bonatto Vieira, Jorge Audyr Santiago Bezerra, Jorge Balbinot, Jose Antonio Pereira Filho, Jose Goulart, Josimeire Moraes Narciso, José Alberto do Nascimento, José Jorge Veloso, José Lino de Menezes Neto, José Luís Magalhães Salazar, José Marcelo Ferreira De Lucena, José de Albuquerque, Jozerly Souza Santos Junior, João Batista M Pereira, João Bosco Ferreira Reis, João Pio Da Silva, João Ricardo Parreira Lopes, Jucele Franca De Alencar Vasconcellos, Jucileide C V Mota, Julia Patricia Cota, Juliana Aparecida Parolin Lepore, Juliana Correia Da Silva, Julinez de Fatima Carvalho Freitas, Julio de Siqueira Carvalho de Araujo, Kamilla Mota Behrendt, Karine Ribeiro da Silva, Karla Ricarda Moraes Silva Sirugi, Keli Motta Neri, Kátia Divina Damasia Calassa Primo, Larissa Costa Carreiro, Larissa Moreschi, Larrison Thiago Moura Botão, Laura Wihby, Lauro Fernandes da Cruz, Laércio De Melo Cardoso, Laís Anita Lima Santana, Leandra Tosta Zanini, Ledes Cota Júnior, Leonardo Pinto De Oliveira, Ligia Aparecida Neaime De Almeida, Loredane Costa Brandão, Lucas Machado Barros, Lucca Marchetti Michiura, Lucia Barcellos Bazzarella, Lucia Maria Lafayette Rodrigues Pereira, Luciana Gonçalves De Faria, Lucianne Ferreira Paes De Oliveira, Lucimar Gomes Pereira, Luciomar Barbosa De Oliveira, Luiz Alberti, Luiz Carvalho Cruz, Luiz Fernandes Galdino, Luiza Lima Melo Castro, Léo Mantovani, Lílian Aparecida Sabino Cardoso, Macária Lobato Nogueira Brito Moreira, Maira Arruda Silveira, Mara Regina De Sousa Veloso, Marcela Costa Monteiro Passaglia, Marcelo Domingues Mello, Marcelo Freitas Do Prado, Marcelo Miguez Bastos Da Silva, Marcelo Saviolo Maggione, Marcia Cunto, Marcia Spedicato, Marco Antonio Bassi, Marcos Pavani, Marcos Roberto Castelani, Marguiti Izaura Soares da Silva, Maria Antonia Mourão Campos, Maria Bandeira Porto, Maria Cecilia Martins, Maria Cristina Sepulveda Garcia Silva, Maria Helena Henriques, Maria Inez Caldas, Maria Ivone M Ferro, Maria José Bergo Demonte, Maria Juliana Pedrosa De Lima, Maria Júlia Queiroz Rodrigues, Maria Luiza Villas-Bôas, Maria Olímpia Dos Reis, Maria Rosane Borges Fook, Maria Tereza Cabrelli, Maria do Carmo Valério da Silva, Maria do Socorro Tavares Cavalcante Vieira, Marilene Cotta Brandão, Marileusa Pinesso, Marli Brasil da Penha, Marli Elizabete Seppegodinho, Marta Moriya Loyola, Mauricio Garbin Santos, Maurina Barros Lima, Mauro Maretto, Max Valério Rodrigues Barbosa, Michel Bezerra, Milton Coelho Alves, Mirian Garbelotto, Monica Amorim e Silva, Monna Cleide Santos, Márcia Cristina de Amorim, Márcia Maria Squillaci, Márcia Regina Doro, Márcia Silva Pituba Freitas, Márcio Ponte Proença, Naiara Silveira Marques, Natalia Farias Amorim, Nelson Yoshinori Shimabukuro, Newton Silas Rancanti, Nicola Voci, Orcelino José Spagnol Junior, Ornil Araujo Cortez Neto, Osmar Azevedo, Otavio Maganha Jr, Paulo Afonso Do Carmo E Silva,

Conteúdo extraído do site do aplicativo Pocket Terço  https://pocketterco.com.br/terco/rosarium.
Baixe o Pocket Terço em seu celular e leve este conteúdo em seu bolso.